



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Romanvm, In Cavsa Giseleri Magdebvrgensis episcopi
celebratum anno Domini DCCCCXCIX. tempore Siluestri papae II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

di sunt qui & tuum languorem confirmet, accusatoribus tuis respondeant, & legibus te expurgent.

NOTA.

^a *Epistola.*] Hanc epistolam a Gerberto post Romanum pontificatum impetratum scriptam in bibliotheca Papirii Massoni, post obitum eius inter codices repertam, hic inseri visum est, ne pereat. Quas idem Gerbertus ante pontificatum Romanum sub nomine suo Gerberti scripsit, illæ numero centum sexaginta, ex eiusdem Papirii Massoni bibliotheca separatim anno 1611. Parisiis excusæ, prostant apud Matthæum Ruette via Iacobeæ sub sole aureo morantem.

ANNO
CHRISTI
999.

CONCILIVM ROMANVM,

IN CAUSA GISELERI MAGDEBURGENSIS
episcopi celebratum anno Domini DCCCCXCIX. tem-
pore Siluestri papæ II.

NOTA.

^a *Concilium.*] Ditmarus, ubi agit de secundo aduentu Ottonis in Urbem, de rebus in hac Synodo gestis ita scribit: *Synodus Romæ tunc, in qua accusatus Giselerus archiepiscopus Magdeburgensis, quod duas parochias teneret: percussus ille paralyti venire non potuit; res reposita ad Concilium prouinciale Germaniæ.* In eodem Concilio imperatorem voluisse recitari priuilegium Vormatiensi ecclesiæ concessum testatur Baronius anno 999. num. 12. Acta Con-
cili.

VITA

ANNO
CHRISTI
1003.

IOANNIS PAPÆ XVI.

QVI PERPERAM XVIII. NOMINATVR.

IOANNES, cognomento Siccus, patria Romanus, post obitum Siluestri factus est eius nominis pontifex decimus sextus, anno Domini millesimo tertio, tempore regnantis & nondum imperantis Henrici primi. Qui cum iuxta antiquos Vaticanos indices sedisset menses quinque & dies aliquot, obiit. Ioannes
quando
pontifex
factus.